



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi  
MDCXXVIII.**

**Brogberen, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Cap. XXIII. Vt decor domus Domini conservetur, & habitus decentia in administratione SS. Sacramentorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14298**

ferio commendatur, ut diligenter adlaborent, quo Ecclesiarum jura integra permaneant, & sacrarum fundationum obligationes non obliterentur, neve constituta à fidelibus Missarum officia aut piae fundationes, miniflorum negligentiā, omittantur, aut aliorum eriam infidelitate intervertantur; &c. sicuti aliquid tale factum esse meminerint, aut indagare potuerint, similiter ad nos quamprimum fideliter referant.

C A P . X I X . *De libro Pastorali seu Cæmoniali.*

**Q**VIA ETIAM RITUUM AC CÆMONIARUM IN Sacramentorum administratione magna est variatio; hanc præcavere cupientes, auctoritate Serenissimi & Reverendissimi Principis & Archiepiscopi Coloniensis, tanquam Metropolitani, Anno 1614 Coloniae impressum & approbatum librum Pastoralem, quem Agendam vocant, ita omnibus commendatum cupimus, ut illo folio in Sacramentis dispensandis & sacris officiis ac cæmoniis perficiendis utantur, ut nec Sacramentalibus nec essentialibus alicujus Sacramenti quicquam unquam detrahatur, vel, contra morem Ecclesiæ Catholicae, aliquid in iis immutetur: injungentes omnibus & singulis Pastoribus, Vicariis & Sacellaniis Curatis, ut hunc librum non solum habeant, sed & diligenter revolvant, sibique usū & lectione frequenti familiarem reddant: & requirimus omnes & singulos, quibus visitandi Ecclesiæ munus incumbit, ut in hanc rem oculos diligenter intendant, ne qua Parochia isto libro careat, sed bina exemplaria habeat; & contra negligentes debitum animadversionem adhibeant.

C A P . X X . *Sacramenta & Parochialia officia quomodo gratis administranda.*

**Q**VAMVIS in Pastoribus & Curatis reprehensibile non sit, illud, quod post Sacramentorum administrationem sponte offertur, accipere, aut, quod juxta laudabilem consuetudinem eis debetur, peracto ministerio petere; caveant tamen, ne directe vel indirecte passionem aut contractum aliquem incant, pro Sacramento administrando, prædicatione, sepultura, vel quovis alio Pastorali officio peragendo, aut ne contra voluntatem pauperum hominum aliquid ab ipsis extorqueant, aut preria certa præfigant, aut in ipso baptismate infantium, qui legitime nati non sunt, ulterius aliquid & quasi in poenam (quod factum esse, illibenter intelleximus) requirant; ne avaritiæ & Simonie à Canonibus inflictæ poenæ reatum incurant, ac etiam, modo culpæ, arbitrariè à Nobis puniantur. Superfluum etiam & ab Ecclesiæ Catholicae usu alienum censemus, in quorumvis rusticorum & puer-

rum sepultura conciones adhibere; sed poterit populus, post cæmonias Catholicas, admonitionem succinctam mortalitatis, ac cohortationem solitam ad preces, deinde dimitti.

C A P . X X I . *In Matrimonio contrahendo servetur decretum Concilii Tridentini.*

**D**E MATRIMONIO antem servetur decretum Concilii Tridentini sess. 24, c. 1, de reformat. mat. Sciantque omnes qui aliter, quam præsente Parochio vel alio Sacerdote de ipsis Parochi seu ordinarii licentia, & duobus testibus presentibus, matrimonium contrahere attentabunt; hujusmodi contractus nullos & irritos esse; nec matrimonium nec prolem inde natam legitimam esse: quod, à Parochis, subditis suis publicè denunciari mandamus, & ut diligenter ea observentur, quæ ibidem, de proclamationibus faciendis, & præparatione ad sacram Pœnitentia & Eucharistia sacramentum, sponsis insinuanda præcepta sunt.

C A P . X X I I . *SS. Sacraenta ne in privatis ædibus administrantur, sine gravi causa & expressa licentia.*

**V**OLUMUS ETIAM, in hoc SS. Sacramentis debitam majestatem & reverentiam observari, & ne sine iusta causa, necessitate, aut Ordinarii licentia, in privatis ædibus ministrantur aut celebrantur, sed in locis, quæ ad hoc publico usu destinata sunt, & quæ ministrantes ac suscipientes, omnesque circumstantes, in fide, charitate, ac debita reverentia magis accendant, omnique cultu ac religione sanctissime peragenda admoneant.

C A P . X X I I I . *Ut decor domus Domini conservetur, & habitus decentia in administratione SS. Sacramentorum.*

**Q**Vapropter, quod supra quoque insinuatum fuit, omnino volumus & mandamus, ut Tabernacula, Baptisteria, Altaria, & similia loca, nitida omniq[ue] cultu adorata sint; quæ Parochorum perpetua inspectio, æditorum aut Custodum diligens cura erit: & ut, Sacramentum aliquod administratur, decenter induitus sit vestibus sacris, ad minus superpelliceo & stola; & qui illi adsistit, sive Clericus sive æditus aut Sacristanus, mundo & decenti superpelliceo sit induitus; qui Sacerdoti oranti totius Ecclesiæ nomine respondeat.

C A P . X X I V . *De non admittendis Sacerdotibus, nisi cum approbatione.*

**N**ON liceat vago, & ignoto aut extraneo Sacerdoti, Missarum celebrationem, vel etiam

*Decretum  
sacerdotis  
1. c. 1.*

*12. 14.*

*15. & per  
tor. c. scia  
ut. c. mis  
sorum. c.*

*hic ergo c.*

*nullius*

*presbyt. c.*

*non opor  
ter. c. Cla  
ricos. De*

*consecrat.*

*dijuncti.*

*1. Cle*

*ment. de*

*baptismo.*

*Stat. Si*

*fridi A.*

*Colon. c.*

*8. Conc.*

*Provinc.*

*sub Herm.*

*V. parti. 7.*

*Conc. Pro*

*vinc. sub*

*Adolpho*

*III. Detr*

*standa.*

*1. Conc.*

*Trid. sess.*

*22. de ol*

*serv. &*

*evitandi*

*in celeb.*

*Miss.*

*Idem sess.*

*23. c. 15.*

*& 16. de*

*ref.*

*1. c. Ba  
pisando.  
c. malitiae  
& c. pla  
cuit. &  
alii cum  
seqq. 1.9.  
1. c. cum  
in Eccle  
sia. c. cum  
ad Apo  
stol. de  
Simonia.*